

metu igitur ambo consternati, fugam capessentes, in veprem se abdiderunt, & pudore ac verecundia obnuditatem corporum moti, extremam quoque mortem obijissent, nisi Dei Opt. Max. creatoris misericordia, in pristinum per-



fectionis statum futurum reducti fuissent, liberos enim imperfectos generabant, antequam renouaretur. Verum cum horti illius possessione semetipsos indignos reddidissent, & toti alias orbi reuelandi essent, radio ignito ex horto illo deliciarum eiectioni fuerunt. Quamuis vero hortus ille delitiis & amœnitate abundaret, Adamus nihilominus cum coniuge multis parasangis illum excedebat. Cum vero ex eo eijcerentur, Eua muliebri inconstantia mota prior abscedebat, Adamo, viro constante & magnanimo cedere nolente, donec tandem post plagas sex acceptas, cederet loco, Eua vero è singulis plagis dimanantem sanguinem eius recipiebat, & cu-